HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 131r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



circumcisis in medio uulnerator gla
dio. ibi assur. & omnis congregatio
eius. Quodque iungitur. omnes uulnerati ibi
dati sunt & sepulchrum eius in profundo
fouee. & facta est congregatio eius. in hebrei
co non habetur. sed alxx. additum est. Rursum
dicitur in circuitu sepulchri eius omnes uul
nerati qui ceciderant gladio. & item
de editione theodotionis subasterisci
additum est decem qui dederunt sepulchra
eius in lateribus laci. & facta est congrega
tio in circuitu sepulchri eius. omnes
isti uulnerati cadentesque gladio. post
que posuere lxx. qui dederunt timo
rem suum in terra uite. Ibi elam. & omnis
fortitudo eius in circuitu sepulchri
eius omnes uulnerati & cadentes gladio. et
qui descendunt in circumcisi in terre
profundum. qui dederunt terrorem suum in terra
uite. & acceperunt tormentum suum cum
his qui descendunt in fouea. in me
dio uulneratorum. ibi dati sunt mosoch
& tubal. et omnis fortitudo eorum. In cir
cuitu sepulchri eius. omnes uulnerati eius.
uniuersi in circumcisi. & uulnerati
gladio. qui dederunt terrorem suum super terram
uite. et non dormierunt cum gygantibus qui
ceciderant ab eterno qui descenderunt
in infernum. cum armis quibus utebantur
ad bella. & posuerunt gladios suos sub
capitibus suis. & facte sunt iniquita
tes eorum in ossibus eorum quia terruerant gy
gantes in uita sua. Et tu in medio in
circumcisorum contereris. & dormies
cum uulneratis gladio. Ibi edom & re
ges eius. et omnes principes assur. qui dederunt
fortitudinem eius in uulnere gladii. is
ti cum uulneratis dormierunt. cum

his qui descenderunt in fouea. Ibi princi
pes aquilonis omnes. uniuersi magnatus
assur. qui descendunt uulnerati cum
terrore suo. et in fortitudine sua confisi
dormierunt in circumcisi cum uulnera
tis gladio. & abstulerunt tormentum su
um cum descendentibus in fouea. Ui
debit eos pharao & consolationem ac
cipiet super omni fortitudine eorum.
Uulnerati gladio. pharao. & omnis for
titudo eius dicit dominus deus. quia dedi
formidinem eius super terram uite. et
dormiet in medio in circumcisorum
cum uulneratis gladio. pharao. et
omnis multitudo eius dicit dominus deus.
Non ignoro fastidiosam fore deli
cato lectori. tantam inter duas e
ditiones discrepantiam. sed quid fa
ciam calumpniatoribus meis. Qui
si aliquid de lxx. interpretum translatione
subtraxero me sacrilegum
& absque timore domini uociferantur.
maxime. qui cum infidi uerita
te discordent. & manicheorum se
quantur errores. in eo imperitorum
animas commouent. si aueteri
quippiam monstrare potuerint
mutatum consuetudine. libenter
errare cupientes quam aliquid ab
emulo uerum discere. Et interim
iuxta hystoriam manifestius est sensus.
In eodem enim anno duodecimo. et
in eodem ut putamus mense. sed non in
una ut supra mensis uerum in quin
ta decima die nequaquam super pha
raonem sed super fortitudine siue
multitudine egypti. planctus
assumitur. que detrahitur de super